rum jurare fecerunt. Quod audientes Ianuenses, sex galeas contra illas nostras[a] duas miserunt, et die sancti Viti,[b] unam cum hominibus ceperunt, et alia cum consulibus et sapientibus Pisas rediit. Eodem anno Romani ambaxiatores Pisas venerunt, et pacem, quam comes Gerardus et Ugo Rolandi Pisanorum Ambaxiatores composuerunt, confirmaverunt. Eodem anno tribus diversis vicibus, aliquae, diversae tamen Pisanorum galeae in partibus Provinciae plura damna Ianuensibus intulerunt. Eodem anno die sancti Iohannis baptiste Marsilienses et Ianuenses invenerunt quandam galeam, quam quidam Pisanus pirata armavit in cursum, et ceperunt eam. Eodem anno Guilielmus rex Siciliae misit exercitum magnum in Aegyptum super Alexandriam in tertio Julii, qui exercitus fuit CL et CCL Dermonum pro equis portandis, et milites mille cum balistariis et aedificatoribus, et alia gente multa, qui cum ad portum Alexan-

a) Piranorum G.

b) qui est XVII. Kalendas Julii, V. (uig. G.)

ambasciatores G. [illegible]

a) hugo V. G.

b) et firmaverunt V. et confirmaverunt G.

c) p. s. galeę div. tamen G.

damna G.

baptę G. bapt. G.

c) portata V. Porrata G.

d) cursu V. cep. eam G.

e) Guiglelmus V. Gulielmus G.

Alex. G. in initio Julii G.

f) CL et CCL G., spatio vacuo relicto. CL et G.

f) balistoriis V.

edificatoribus G.

Alex. G.

18